



Contrôle du 08/02/2023

Nom :

Résultat : / 20 points

20 Iūlia: “Num nāsus meus foedus est, Syra?”

Syra: “Foedus? Immō fōrmōsus est nāsus tuus.”

Iūlia sē vertit. Iam Syra lacrimās videt.

Syra: “Quid est, mea Iūlia? Tergē oculōs! Es laeta!

Nāsus tuus tam fōrmōsus est quam meus.”

25 Iūlia: “Sed nāsus tuus nōn fōrmōsus est!”

Syra: “Quid? Nōnne fōrmōsus est nāsus meus?”

Iūlia: “Immō foedus est! Ecce speculum, Syra.”

Iūlia speculum tenet ante Syram, quae nāsū suū in speculō videt. Ancilla oculōs claudit et tacet. —

II Ecce Iūlius ad villam advenit. Servī lectīcam ante ostium pōnunt. Pater filiōs salūtat: “Salvēte, filiī!” et ā filiīs salūtātur: “Salvē, pater!”

Iūlius ambulat ad ostium, quod ab ostiariō aperitur.

Dominus per ostium in villam intrat. Post eum veniunt

35 Syrus et Lēander, quī duōs saccōs portant. Ōstiarius post eōs ostium claudit. Ursus et Dāvus cum lectīcā vacuā discēdunt.

Puerī saccōs plēnōs quī ā servīs portantur vident et interrogant: “Quid inest in saccīs?”

immō fōrmōsus: nōn foedus sed fōrmōsus

est sunt
es! este! (imp)


nōn-ne



ad-venit = ad ... venit
salvē! salvēte!
salvē, pater! (sing)
salvēte, filiī! (plūr)

ōstiarius = servus quī
ostium aperit et claudit
in villam ↔ ex villā

mālum



plēnus -a -um ↔ vacuus

in-est = in... est

Traduisez le texte.

Vous avez le droit d'utiliser le dictionnaire, mais non les tables de déclinaison.